quae dm̄ internorum scructatorem latere non poterat sollicitauit aliqua expe-
riendi cupiditas cum mulierem uideret accepta illa esca non esse mortuā
secundum ea quae superius tractauimus non tamen eum arbitror si iam spiri-
tali mente praeditus erat illo modo credere potuisse quod eos d̄s ab esca illius
ligni interdicendo uetuisset. sed quid plura persuasum est illud peccatum sicut per-
suaderi talibus posset. conscriptum est autem sicut legi ab omnibus oporteret
et si a paucis haec intellegerentur sicut oporteret

EXPLICIT LIBER UNDECIMUS

# INCIPIT LIBER DUODECIMUS

AB EXORDIO SCRIPTURAE SCAE QUAE INSCRIBITUR GENESIS
donec homo primus de paradiso dimissus est undecim libris siue adserendo
quae certa nobis sunt siue inquirendo arbitrando ambigendo de incer-
tis qui potuimus et sicut potuimus diseruimus atque conscripsimus non tam
praescribentes de rebus obscuris unicuique quid sentiat quam nos docendos
in quibus dubitauimus ostendentes temeritatem quae adfirmandi amouen-
tes a lectore ubi non ualuimus praebere scientiae firmitatem. iste autem du-
odecimus liber ea iam cura expeditus qua nos premebat tandiu textus sacrarū
literarum occupabat liberius atque prolixius uersauit de paradiso quaesti-
onem ne putemur euitasse quod uidetur apostolus in tertio caelo insinuare
paradisum ubi ait. scio hominem in xp̄o annos quattuor decim siue in cor-
pore nescio siue extra corpore nescio d̄s scit raptum eiusmodi usque in ter-
tium caelum et scio huiusmodi hominem. siue in corpore siue extra corpus
nescio d̄s scit quia raptus est in para disum et audiuit ineffabilia uerba quae
non licet homini loqui. in his uerbis primum quaeri solet quid dicat tertiū
caelum. deinde utrum illic uoluerit intellegi paradisum. an postea quam
raptus est in tertium caelum raptum esse et in paradisum ubicumque sit para-
disus non ut hoc fuerit rapi in tertium caelum quod in paradisum sed prius
in tertium caelum et post inde in paradisum et hoc sic ambiguum est non

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc141/0284